cet de verb. ſigniſ. Deciusc oncl. 562. viſo puncto colum. 1.
verſ. ad idem facit.
29 Inſuper quia cùm Concilium Trid. in d.c. 18. Eccle-
ſiæ Parochiali vacanti providerit per executionem pro-
viſionis, & hæc ab ordinario facta non ſit cum effectus
nec ſit intentioni Trid. ſatisfactum, debet ſatisfieri per
ſuperiorem, ad quem beneficium devolutum; & va-
cans pervenit; quia generalis, & indeterminata diſpo-
ſitio non intelligatur de primo actu, nec prima perſo-
na, quoties per illium non eſt ſatisfactum legis inten-
tioni, & menti, ſed per alium aliamve perſonam de-
bet ſatisfieri, Bal. in l. fideicommiſſa §. ſi quis alicui de
cem ff. de legat. 3. Felin. in cap. 2. de treuga & pace. Cyn.
Alexan. & Iſſ. in l. veluti §. vox per illum text. de eden-
de, & in l. qui per ſalutem. ff. de jur. Roma. in l, 2. carta
penult. verſ. ſed dat circa hoc ſub n. 58 ff. de jud. Philip.
Dec. conſ. 22. ſi pronuntiatur col. Matth. de Afflict. de-
ciſ. 46. dicit Regia pragm. & per Georg. Nat. Rom. Gram-
Tiraq. & alios tenet Ant Gabr. lib. 2. conclſ. tit. de le-
gib. & conſtis. concl. 2. limit. 2. n. 28. Menoch. conſ. 85. n.
124. Alcat. molt. 1. in l. boves, §. hoc ſermone de verbor
ſignif. & ibi etiam Tiraq. lim. 18. n. 1. ergo ſequitur
80 evidenter, quòd quoties jure devoluto (de cujus de
volutione revera apparet. parochialis providentur, ſive
extrajudicialiter, ſive judicialiter, & in contradictorio
judicio (ut ſuprà diximus) appellationi emiſſæ non
deferens violentiam non committit, quemadmodũ nec
a proviſione facta jure ordinario, cum idem ſit judi-
cium, eadem ratio, & cauſa, in quo nullum dubium eſſe
poteſt, & probat text. expreſſus loquens in Parochiali-
bus in cap. 2. §. & niſi, de ſuplen. negl. prælat. ibi Rectores,
& ibi, appellatione remota. &c. Et faciunt alia jura ex-
preſſa protinus alleganda generaliter de omnibus be-
neficiis loquentia, prohibentiaque appellationem à
proviſione beneficij facta jure devoluto.
81 Sed in ſimplicibus beneficiis major ſtat difficultas,
an ſcilicet ab eorum proviſione per devolutionem ab
ordinario, vel ſuperiori aliàs facta appellationi emiſſæ
non deferens committere violentiam declaretur? quæ
& ex illo reſultat, quod ut veriſſimam & indubitatam
concluſionem appoſdimus, & probavimus ſuprà lib. 2.
82 cap. 13. à n. 153. de actibus extrajudicialibus; nempe à
collatione, inſtitutione, confirmatione, ſeu aliàs provi-
ſione beneficij ſimplicis gaſta extrajudicialiter appella-
tioni deferendum non eſſe juxta text. in cap. conſtitutis
el 2. de appellat. ſecus ſi judicialiter, quia tunc defertur,
Ita Joan. And. Domini. & Fran. ille num. 7. hic n. 8. in
cap. Abbatiæ de elect. in 6. Lancelot. de attent. 2. p. c. 4.
num. 614. & 627. & c. 12. in præfatione à n. 79. & præ-
ſertim limit. 40. & 46. Cuch. inſtit major. lib. 4. n. 67. &
idem tradit Brededo in tract. de appellas. 1. p. à quibus
actibus tit. 20. verſ. ab inſtitutione præſentandi pag. 419.
tenet Azeved. in Curia Piſ. lib. 2. cap. 4. n. 14. & noſter
Perez de Lara de anniverſ. lib. 2. cap. 11. n. 1. Guidobon.
deciſ. 104. Mohedan. deciſ. 11. de præbend. Calder. conſ. 2.
lite pendente. Cæſ. de Graſ. in deciſ. 2. de appel. Caputaq.
deciſ. 7. p. 1. & ſecundùm hanc opinionem pluries ita
fuiſſe in Roma. Rota determinatum, & ſignanter in una
Neapolit. Capellaniæ 13. Decemb. 1562. coram Hora-
di. & in una Calagurrita. beneficii 7. Maii 1574. co-
ram Blanchetto, & iterum in alia Calagurrita, portionis
27. Junii 1575. coram Cantuc. & in una Lucana levis 8.
Junii 1571. coram Lancelot teſtatur, & refert Aloyſ.
Ric. in prax, deciſ. jur. patron. deciſ. 229. à n. 351. ubi alias
plures deciſiones Rotæ allegat, dicitque falſam eſſe
opinionem Cævell. in contra commun, quæſt. 693. n. 31.
& ſæpè Rotam ita tenuiſſe hanc opinionem, refert
Gonzal in regul. 8. de alternat. gloſ. n. 203. referens ita
fuiſſe deciſum in una Calagurrit. beneficii 18. April.
1603. coram Lanceloto, de quo in d.c. 13. latè egimus
aliis doctrinis & rationib. ibi adductis.
33 Et cùm per devolutionem beneficii proviſio facienda
aliter non ſit, quàm per citationem ſubſecutam eorum
quorum intereſt, & cauſæ cognitionem adhibitam, an
lis finita ſit? vel intra tempus, an vacationis ſcientiã ha-
buerit necne, & ad alia multa diſcutienda, & allegan-
da (quæ devolutionem excludit) quæ fieri non poſſunt
niſi citato eo de cujus præjudicio tractatur ſecundùm
ſtatim dicenda, & ita ego jam declaratum vidi in hoc
Senetu Galleco in lite per viam violentiæ adducta, ab 34
ordinario providente jure devoluto, eo quòd inter pa-
tronos intra terminum ſibi à jure præfixum ad præſen-
tandum, lis finita non fuit, abſque tamen eorum citatio-
ne, & ita datum fuit tertium genus violentiæ ſcilicet
poniendo lo hecho, yoyendoles de nuevo no haze fuerça, nolo
haziendo, otorgue reponga, &c. Et inferiùs apparebit: in-
deſt, ut cùm hoc caſu debeat fieri proviilo judicialiter
& in contradictorio judicio, videtur, ut appellationi nõ
deferens violentiam notoriam commiſiſſe, dicantur.
Sed contrariam ſententiam in difficultate principali 35
ſcilicet, ut etiam in ſimplicibus beneficiis per devolu-
tionem proviſis appellationi non ſit deferendum, con-
ſtito de devotione, probat text. (indiſtinctè, & gene-
raliter, loquens in omnibus beneficiis) expreſſus in cap.
ſi verò 12. de jur. patr. in hæc verba: Si verò ordinatio
alicujus Eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat & pro 36
controverſia laïcorum de jure patronatus inter ſe diſ-
ceptantium, protogatur; ſas tibi ſit appellatione remo-
ta, in eadem perſonam idoneam inſtituere, &c. text.
optimus in d.c. 2. §. & niſi, de ſupplend. neglig. prælat. ibi,
Et niſi prædictæ perſonæ intra tempus Lateranenſis
Concilii conſtitutum, ad vacantes Eccleſias tibi perſo- 37
nas idoneas præſentaverint, & tunc tibi liceat appello-
tione remota, in eiſdem ordinare Rectores, qui ei-
præ eſſe noverint, & prodeſſe· ita tamen, quòd ex hos
nullum patronis præjudicium in poſterum generetur e
&c. text. etiam elegans in cap. dilecto de ſupplen. neglig.,
prælat. ibi; (mandamus quatenus niſi dicto Guillel ali-
quid canonicum obierit, electionem de ipſo factam ſu-
blato appellationis obſtaculo, confirmetis, &c.) ubi eſt 38
caſus. quòd facta de aliquo electione per electores ul-
tra tempus præfixum, ordinarius tanquam ad ſe devo-
luta, alium elegit, à quo cùm appelletur, mandat ponti-
fex, ut firmetur electio ab Epiſcopo facta, appellatione
non obſtante & remota, quia prima electio fuit nulla.
Probat etiam text. in c. nulla §. ſi autem, de conceſſione 39
præbend. ibi, quòd ſi ad capitulum pertinuerit, & intra
præſcriptum terminum hoc non conceſſerit, Epiſcopus
ſecundùm Deum hoc cum religioſorum virorum con-
ſilio exequatur, vel ſi omnes fortè neglexerint, Metro-
politanus de ipſis ſecundum Deum abſque illorum
contradictione diſponat, &c. ex quo text. duplicata
reſultat appellationis prohibitio in proviſione benefi-
ciorum de jure devoluto facta; altera ex illis verbis, ibi, 40
hoc cum religioſorum, &c. exequatur: quoniam quan-
do diſpoſitio jubet aliquid executioni mandari, etiamſi
non declarat appellatione remota, etiam ea poſtpoſita;
exequendum eſt. Iſſ. in conſ. 187. incipit circa primum,
ſua n. 1. ad medium v. ſimiliter lib. 2. & per Lancel. quem
citat, idem dixit Hier. Gonzal de men. & alternat. gl. 9.
in anuot. ſub n. 18. altera etiam colligitur ex illius text.
verb. ibi. abſque aliorum contradictione diſponat, &c. 41
ſiquidem quando à jure removetur contradictio, ſeu
querela: appellatio remota cẽſetur, ut poſt Bal. in l. 1. §.
1. verſ. ſed an remota. ff. de off. præfecti præ. qui loquitur
querela, & text. in c. perſonat de appellat. qui loquitur
de contradictione, ibi, ſine contrudictione aliqua, &c. &
ibi in fine: ſicut de alio diximus, appellatione remota pa-
rere conſtringas. &c. qui eſt tezt. elegans ad propoſitum,
& de utroque Gonzal. ubi proximè, Dec. in dic perſonas
in 4. notab. Lancel Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 8. n. 4.
Rurſus & ad idem plura jura perſuadent, prout eſt 42
tex. in cap. literas ad fin. ibi, eas de perſonis idoneis
authoritate noſtra ſuffulti non differatis, quanto citiùs
ordinare

ordinare, &c. de ſupplend. neglig. prælator. text. in c. cum
propter, ibi, & ab eo, cui competit intra quatuor men-
ſes non fuerit deffinitum, extimè Eccleſiam ipſam de
perſona non differas idonea ordinare, &c. de jure pa-
tron. text. etiam in c. ne pro defectu 41. ibi, is verò, ad
quem fuerit devoluta poteſtas, Deum præ oculis ha-
bens non differat, &c. canonicè providere, &c. de ele-
ctione; quæ quidem & alia jura diligentiſſimè curant,
dilationem ab hujuſmodi proviſione facta jure devo-
luto excludere, & amovere, commendatia diligen-
44 tiam; & quando res dilationem non admittit, appella-
tioni interjectæ deferendum non eſt, l. fin. ff. de appell.
recip. Ripa in l. 1. in prio. n. 17. ff. quorum legatorum, &
ad propoſitum facit bonus text. in l. & publicarum, ibi
ne commoda, quæ domui noſtræ debentur, callidis
debitorum artibus differantur, quamobrem appella-
tione eorum rejecta, &c. C. quorum appell. non recip. Spe-
culat. in tit. de appell. §. in quibus verſ. 8. Mantua in l. ult.
in 2. lectu n. 173. C. de edicto D. Adr. Gram. deciſ. 82. n. 2.
& per Ripam Bal. & Angel. multa per Men. de adipiſc.
rem 2. à n. 61. & 58. Baëza de inope debitore c. 1. n. 20.
Bal. in l. unica num. 6. verſ. 1. quid ſi unus C. ſi de momen.
poſſ. Marant. de ord. jud. 6 p. princ. quæſt. 2. n. 195 verſ. 27.
limitat Petrus Dueñas in regul. 42. num. 23. Afflictis in
conſt. Neapol. lib. 2. cap. 32. Nat. conſ. 108. num. 1. & conſil.
409. num. 5. lib. 2. Tiraq. in tract. de privileg. piæ cauſæ
privileg. 147. qui teſtantur de doctrina in variis caſi-
bus, & infinitis, ubi de materia nos exactè ſuprà hoc
lib. 3. c. 1. à principio.
45 Quòd quidem juſtiſſima ratione attenta ita ſanci-
tum eſt, ſiquidem omnia ferè jura de devolutione tra-
ctantia, præ oculis habent maximum periculum, ma-
ximum inconveniens, & damnum, quod ex longa,
diutinaque vacatione oritur, & irrogatur Eccleſiis,
eorum bonis & animabus eiſdem: text. in d.c. ne pro de-
fectu 41. de electione text. etiam in d.c. nulla §. cum verò
de conceſſione præbend. c. quam ſit de electione lib. 6. facit
text. in c. ſi Apoſtolica 35 de præb. lib. 6 & alia plura
facit, c. cum expediat. 8. Conc. Trid. ſeſs. 24 de reform. &
motus proprius Pii V. in conferendis, quæ ratio magis
viget quod quidem periculum magis imminere appa-
46 ret in proviſione jure devoluto facta, quàm antea. Ete-
nim cùm jure ſit taxatum, & limitatum tempus, & quã-
tum potuit extenſum, & conceſſum, quo Eccleſia cum
minori damno poſſit eſſe vacans, ac viduata, ut intra il-
lud provideatur, eo per negligentiam elapſo, cùm inci-
pit notum eſſe periculum, & nocere vacatio, ultra ut
non moretur; ſtatim ſubintrat ſuperioris diligentia, cui
juſte jura jubent proviſionem celerari, ac non differri,
amovendo obſtacula, & impedimenta, quæ ſolent in
longum vacationem protrahere, prout ſunt appellatio-
nes, & contradictiones, ut dictum eſt. Pro quo rectè fa-
cit doctrina Abb conſ. 9. lib. 1. quod ſi ex forma ſtatuti
medicus debuit eligi menſe Januarii, qui tamen non
fuit electus, poterit poſtea eligi quocumque menſe,
quia fortior militat ratio ſtatuti, qua quanto magis
differtur electio, tanto majus mora eſt periculum alla-
tura, ſequitur Rota in una Sulmonen. Canonicatus
coram D. Cantucio, 4. Martii 1583. quam referens
ſequitur Nicol. Garcia de benef. 5. p. c. 1. n. 88. Anaſtaſ.
Germo. de indultis Card. §. vol. 18.
47 Quare non obſtare conſtat, quòd ſuperiùs diximus
ad principium hujus articuli, à proviſione beneficii
ſimplici non eſſe appellationi deferendum, quoties ju-
dicialiter provideatur; quoniam limitatur hoc de quo
agimus caſu, juxta jura hactenus adducta, & ex ſpecia-
litate rationis noviter ortæ poſt lapſum termini pro-
videntibus datum quæ nec viget, nec reperitur in be-
neficiis ſimplicibus proviſis intra terminum ſtatutum,
& conſtitutio providens, ut Eccleſiæ celeriùs provi-
deatur, tanquam favorabilis extenditur, Rebuf. in
concordatis in Rubr. de collationibus gloſ. contravenerint
ante fin. verſ. nec refragatur Geminia. in c. ſtatutum n. 6.
ad medium. verſ. item jura ſequentia de præb. lib. 6. nec 84
hic agitur de perpetuo & maximo præjudicio, cùm ne-
mo privetur jure conferendi aut præſentandi, ſed pro
illa vice duntaxat, ut probant text. in d.c. 2. de ſupplend.
negli. prælato. ibi, quòd ex hoc nullum patronis præju-
dicium in poſterum generetur, d.c. ſi verò, de jure patr.
c. cùm præter eodem tit. & alibi paſſim, notat Nicol. Garc
de benef. 1. tom. 10. p. c. 2. ſub n. 30. & ex ſupradictis à
prin. reſultat concluſio, ut appellationi emiſſæ à pro-
viſione jure devoluto facta beneficii, ſive Parochialis,
ſive ſimplicis, quantumvis judicialiter, & in contradi-
ctorio judicio geſta, judex non deferens vim non fa-
ciet, & cauſa ibi remittetur.
Quam concluſionem omnimodo velim, ut limites, 49
ut procedat quando exactis revera conſtet & appareat
ex ipſorum inſpectione de devolutione, ſecus autem
quando ordinarius, ſeu ſuperior collationem fecit be-
neficii tanquam ad ſe devoluti, cùm revera non eſſet,
quoniam talis proviſio irrita eſt, tenent Becc. deciſ. 70.
Zerol. in prax. Epiſcopal. 1. p. verb. jus patronatus ad octa-
vum dubium, Perez de Lara de anniverſar. & Capellan.
lib. 2. c. 10. n. 30.
Nam ex quo devolutio in veritate non ſum cauſata 50
eſt, non valet collatio ex defectu poteſtatis juxta regul.
l. ex parte de conceſſio. præbend. c. cum ſuper de off. delegat 51
nec convaleſcit etiam ſi primus non conferat intra
tempus Felin. in c. cum ex officii de præſcript. num. 37.
Rebuff. tit. de devolutione num. 32. additio magna Rotæ
deciſ. 10. de jur. patron in ant. & poſt Selvam, Probum,
Lamber. Pechium, Hieronym Gab. tenet. Nicol. Garc.
de benefic. tom. 5. p. cap. 9. num. 252. & 10. p. tom. 2. cap. 3.
num. 31. & 32.
Quia quando unum diſponitur, & alterum ſupponi- 52
tur, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi priùs verifice-
tur ſuppoſitio, gl. in l. mancipia, verbo advocandam C. de
ſervi. fugit. ubi notat Jacob. Butr. B l l. Fulgoſ. Paul. &
Sali. Rom. ſingul. 459. & alii, quos citat Joan. Garc. de
conjug. acquieſ. n. 33. & 120. Gutier. conſ. 1. n. 16. Rolan.
à Valle conſ. 10. n. 14. lib. 4. & qualitas, quæ attribuit 53
poteſtatem, de ea in primis & ante omnia debet con-
ſtare, & verificari, Farin. in pract. crim. tom. quæſt. 3.
n. 86. & quæſt. 21. num. 87. & conſ. 10 num. 26. & latè nos
p. 2. c. 3. à n...
Ac propterea ſuccedit regula & doctrina ſuprà c. 9. 54
à num. 1. & ſeqq. adducta, ut ab actu & ſententia nulla,
etiam aliàs privilegiata, violentia non fiat, ſi appella-
tioni ſit minimè delatum, juxta l. 4 § condemnatum de
re jud. & adverte, quòd licèt Nicol. Garc. de benef tom.
2. 10. part. c. 2. in addit. ad n. 32. allegat Odral. conſil. 299
n. 5. Paul. de Caſtr. conſ. 40. lib. 1. Mohedam deciſ. 11.
de præbend. num. 1. ad hoc quòd collatio facta ab ordi- 55
nario jure devolutionis ex ſententia rejiciente præſen-
tatos, à qua fuit appellatum, quia cùm contulerit ex
prætenſo jure devolutionis, attentata erit, quæ reſolu-
tio & Doctorum aſſertio meritò eidem Nicolao Gar-
cia diſplicuerit, eo ſcilicet fundamento, quia non ex
ſententia rejiciente præſentatos provenit jus devolu-
tionis, ſed ex præſentatione facta extra tempus ſeu de
indigno, aut incapace, & ſic appellatio à tali ſententia
non poteſt ſuſpendere devolutionis proviſionem tan- 56
quam cauſam diverſam, & ſeparatã, quia quando cau-
ſæ ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ, aut inter ſe diverſæ, tunc
licèt ſit appellatum ab una, tamen non ſuſpendit in
alia. Rota deciſ. 31. aliàs 193. ſi ab excommunicatione in
fin. de appell. in novit. Franc. in c. præterea 22. notab. 2.
num. 1. & c. propoſuit 24. notab. 1. de appell. Pariſ. conſ. 66.
videtur n. 6. in fidelib. 2. Ant. de Butr. in c. ſuper eo 10. n. 1.
& 2. quem refert & ſequitur ibid. Franc. ſub num. 3. &
uberius ſub num 9. verſ. ſed adverte, quia de appell. De-
cius conſ. 33. viſo puncto ſub num. 4. in 2. præſuppoſito, &
poſt Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 2. n. 13. &
ſeqq.

ſeqq.latè etiam proſequitur Scaccia *de appell. quæſt.*17.
57 *limit.*47.*memb.*1.*à num.*12.ubi etiam quod appellatio in uno articulo,non ſuſpendit juriſdictionem in tota cauſa,ſed duntaxat in illo articulo , nec afficit tertium, ut vulgare eſt per Doctores , & ſic etiam in caſu quo loquuntur Doctores citati, non impeditur devolutio, & caſu quo eſſet vera eorum reſolutio,nihil adhuc detraheret noſtræ principali doctrinæ , & opinioni , tot
58 jurium diſpoſitione comprobata , & Odral. *ubi ſuprà* nihil facit ad propoſitum Paul.Caſtr.autem elegantiſſimè loquitur , & in terminis de quibus nos in modò adſcripta limitatione ; dicens , quòd collatio facta ab Epiſcopo jure devolutionis , eo quod præſentaverat Ab.quendam indignum , & non legitimæ ætatis , tanquam facta appellatione pendente per Abbatem , & præſentatum interpoſita;dicitur attentata , cùm facta fuerit anteaquam de incapacitate , tanquam cauſa devolutionis , apeareret, cum contrarium allegaretur ex adverſo,& ideo non ſolùm Paul.de Caſtro , ſed cæteri alii Doctores in hoc ſenſu accepti , favent noſtræ doctrinæ,& limitationi , & ad hos terminos noſtræ limitationis reducendi ſunt,ne redargui poſſint loqui contra jura expreſſa.

59 Et hinc eſt,quod ſe fundans in devolutione,eam tenetur probare ſufficienter,Rebuf.*in prax. tit. de devolutio.num.*12.& ita fuiſſe determinatum per Rotam , cujus deciſionē refert literaliter, teſtatur Nicol. Garcia *d cap.*2.*num.*37.tenet Puteus *deciſ.*148.*lib.*1. Mohedan.
60 *deciſ.*160. quæ eſt 4 *de probation.* cum tempus a jure præfixum ad providendum collatori , ſeu Epiſcopo , non numeratur , nec incipit currere à tempore vacationis beneficii,ſec à tempore ſcientiæ , & notitiæ,vel à tempore quo ſcire potuit,vel debuit(ut eſt Epiſcopus,qui tenetur viſitare ſingulis annis.) teneut Rot.
61 *deciſ.*7.*de præbend.in antiquioribus*, quæ in antiquis eſt *de jur. patron.aliàs* 556.*& dec.*6. *de jur. patron. in novis aliàs* 263.Lapus *allegatione* 80 *aliàs* 51. *num.* 17. & ibi Mandoſ.*litera* Z.Abb. *in c licet de ſupplend.negl. præla.num.*3.Felin.*in cap.*2.*n.*2. *de except.* Decius *conſ.* 135.*in fi.* Bertach.*de Epiſcopo* 1.*p.*1.*lib.*Rochus de Curte *verbo honorificum q.*27.*n.*57 Lambert.2.*p.*2. *lib. q.*1. *art.*8.*&* 3 *p.*2 *lib.quæſt.*2.*art.*Greg.Lopez *in l.*8. *tit.*16. *p.*1.Nicolaus Guino , *in Enchiridio beneficiorum tit.* 3. *cap.*3.*ſub num.*34. Rebuff. *in prax.tit.de devolutio n.n.*10. Hieronym.Gabr.*conſ.*185.*lib.*1.Anaſtaſ.Germon. *de indultis Cardin.* §. *volumus n.* 62. Maſcard. *de probation conl.*878.*n.*10.Zerol.*in prax.* 2. *p. verbo devolutio.* §.2. Flores de Mena *in pract.quæſt.quæſt.*3.*n.*8.*cum ſeqq.*Cechus *de benef. & penſion.cap.*5.*num.*5.Beſinet,*deciſ.*7.*de præbend.*Maſcard.*concl.*626.*num.*9.Zerol.*ibi* § 8. *dub.*2. quemadmodum etiam , & patronis datum tempus ad
62 præſentandum ſive à jure,ſive à fundatore , non currit à die vacationis,ſed à die notitiæ ipſius vacationis, ut infinitis adductis probat latè Nicol.Garc *de benef.*10.*p.*
63 *c.* 2.*n.* 34 qui & *n.* 40. per aliquas deciſiones probat ſcientiam aliquorum patronorum, ſeu electorum non nocere aliis quoad devolutionem,& jus illorum noti-
64 tiam habentium, conſervatur per aliquos ignorantes, & ſic ut intret devolutio , omnium ſcientia debet probari;cùm de eorum præjudicio tractetur ut dicit alia deciſio adducta per eundem *ubi ſuprà cap.* 3. *ſub n.*13. quæ eſt elegans ad propoſitum.

65 Et debet intelligi de notitia , & ſcientia vera , vel præſumpta ipſius vacationis , quæ determinari debet per judicem conſiderata qualitate beneficii,modo vacationis,longitudine temporis, diſtantia locorum , & fama,probant Hoſtienſ.& Joan Andr. *in c. ex parte de conceſſ.præbend.*& ibi Abb.*n.*13.*& in d c.quia diverſitatem n.* 17.Rot.*deciſ.*6 *de jur patron. in novis.* Roman. *conſil* 48 Coſmas *in pragm.ſanction.tit.de collat* §.*item circa verbo præſentandum , ad finem.* Selva *ubi ſuprà.* & Lambert.*d.*3.*p.*2.*lib.q.*2.*art.*18.*à n.*2. Maſcard. *d.concl.* 626.*à n.*9.& Zerol.*d.*§.8.1. *&* 1.*dubio* Nicol. Garc. *ubi* 66
*ſuprà n.*31.*&* 34.*poſt princ.& n.* 38. quæ faciunt ad ea quæ ſuprà terigimus cauſa cognita, & cum partis (de cujus præjudicio tractatur) citatione devolutionis proviſionem faciendam eſſe.

Et attende, licèt quòd tempus præfixum patronis 67
ad præſentandum non currit, ſi intra illud lis orta inter ipſos & ordinarium Epiſcopum , illos juris patronatus Eccleſiam eſſe, hunc liberæ collationis , nec ad eundem fit devolutio , ſed poteſt interim œconomum ponore, quouſque lis terminetur. Zerol. poſt alios *in* 68
*praxi Epiſcop.*1.*p.verb.jus patron.ad quintū ad medium.* ſequitur Perez de Lara *in tractatu de app lib.*2.*c* 9.*n.*37 *&* 38.& eſt *l.*11.*tit.*15.*p.*1. & ibi Greg. Lopez , & poſt plures alios optimè Spino *gl.*4.*n.*24. ubi limitat,& benè niſi aliquis : ſive Epiſcopus , ſive patronus ſit in 69
quaſi poſſeſſione , de qua non contenditur , quia tunc ſtatim eſt facienda proviſio, juxta *c. conſultatio. de jure patr.c.volum.*16. *q.* 4.

Si tamen lis fuerit inter ipſoſmet patronos ſe dicentes,& non concordantes in præſentato , vel quia alter 70
ipſorum præſentdit,alium non eſſe patronum,vel quid ſimile contendatur : tunc ſi lis finita non fuerit,nec terminata intra terminum à jure præfixum patronis devolvitur proviſio ad Epiſcopum , qui poterit collationem facere,gloſ *in c.eam te,jur. patron.* & ibi Abb. & Innocent & idem Abb.*in cap.*1.*num.* 3 & Innocent. *n.* 2. *eodem tit gloſ.in c.*2.16. *queſt* 7. Abb.& omnes *in c.cum vos de off.ordin.*Selva.*de benef.*3.*p.q.* 6.*n.*4.*& in* 3.*p.queſt.*1.*n.*9 Lambert *de jur patr.lib.*2.*p* 2 *queſt.*1. *arr.*Perez de Lara *ubi proximè d. c.* 9 *ſub num.* 38.*ad fin.*Zerol.*in d.verb. jus patr. ad quintum.* Nicol. Garcia *de benef.*3.*tom.*10.*p.c.*2.*num.*19. & alii ſtatim citandi,& ſunt jura expreſſa text.*in c.quoniam* 3.ibi , & id ipſum etiam faciat , ſi de jure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos,& cui competat , intra quatuor menſes non fuerit definitum, *&c.* text.etiam *in c.eam te* , ibi, non fuerit controverſia terminata , licitum tibi ſit de perſona idonea ordinare, *&c. eodem tit.* text.etiam expreſſus *in c.ſi verò, eod.tit.* & etiam eſt expreſſa lex Regia 11.*tit.*15.*p.*1.& hæc collatio intelligitur ſalvo jure 71
præſentandi in poſterum illi,qui jus evicerit patronatus per ultimum calculum ſententiæ,ut probant præfati Doctores præcipuè Zerol.Lara, & Lambert , & probant expreſſè text. *in d.c.cùm propter.* ibi, ita quòd illi ex hoc non debeat in poſterum præjudicium generari; qui jus evicerit patronatus, & text.*in c.*2. *de ſupplend. negl præl.* ibi ita tamen quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur : reſervatur etiam patrono vincenti , ut lite finita poſſit repræſentare jam inſtitutum ab Epiſcopo jure devoluto,juris ſui conſer- 72
vandi cauſa,ut principium habeat quaſi poſſeſſio illius, tradunt Lamber.*de jur patr lib.*2.*p.*2.*q.*1. *in prin. art.*9. *n.*6.Lara *de anni.lib.*2.*c.*9.*n.*39.*&* 8.*& l.* 11. *tit.*15. *p.*1.& etiam eſt text.expreſſus *in d.c.ſi verò*,ibi,ita quòd repræſentetur ab eo , qui jus evicerit patronatus, *&c.* ubi gloſ.& Doctores.

Et an,& quando devolutioni juris patronatus locus 73
ſit,variis cauſis monſtratur, ubi ſex elegantiſſimi caſus diſtinguntur, totam materiam , & difficultates abſolventes,ponit Rotæ deciſio 586. *per totam.* in noviſſ. recollect. per Farinac. 1. *p.* quam per te omnino vide, quia fortè caſum,quem quæſieris invenies , & optimè Mareſcot.*var.reſol.lib.*6.Ricc.*in prax.Eccleſ.juris patr. deciſ.*188.*per totam.fol*, 180.

Unum tamen notabile non omittam, quòd licèt ita ſit in patronis tot juribus diſpoſitum , ut durante lite inter ipſos ultra tempus præfixum , proviſio Eccleſiæ Epiſcopo devolvatur:tamen hoc non procedit in electione , aut collatione , quia durante lite ſuper jure conferendi , ſeu eligendi , non currit tempus litigantibus,nec ex hoc capite cauſatur devolutio , ita hanc 74
differentiam

differentiam fecere Feder. de Senis *conſil.* 232. Rebuff. *in concord.tit de regia adprælaturas nominatione*§.1.*verb. intra ſex menſes.* Lambert.2.*p. lib.*2.*q.*1. *art.* 2. Berojus *in c.quoniā de jur.patr.n.*42. & Flores de Men. *quæſtion. pract.q.*3.*n.*33.*&* 34.Nicol.Garc.*de benef.*10 *part.cap.*2. *n.*19. quia iſtis impeditis,ſive impedimentum ſit juris,
75 ſive facti,non currit tempus.Abb. *in c.quia diverſitatem n.* 3.*de conceſs.præbend.*Coſmas *in pract.ſanct.tit. de collatio* §.*item circa,verbo tempus.*Selva *de benef.*3 *p.q.*59. Rebuff.*tit.de devolutio.à n* 10.Rochus de Curt. *de jur. patr.verb honorificum q.*28.*n.*58.Mandagat.*in tract. de electiōn.novorum prælatorum* 1.*p.cap.*2. *&* 2.& ibi Boëtius , & Petr.de Baviſo *in directorio electionum* 3. *part. cap.*42.Joan.Gutier.*canon.quæſt.lib.*1.*cap.*28. Flores de
76 Men.*d.q.*3.*n.*4.*& ſuprà.*Zerol.*in prax. verb. jus patron.* §.8.1.*dub.* & legitimo impedimento ſtante , etiam excuſat patrono,ut non currat ei tempus, ut ipſe Zerol. *ibi* poſt alios & optimè Spino *de teſt gloſſ.*4.*n.*23.*&*24. quod eſt intelligendum , non de impedimento litis, cùm patronis non excuſet ex ſupradictis.

77 Quid autem ſit dicendum in proviſionibus, ſeu electionibus canonicatuum Doctoralis;& Magiſtralis:an eorum proviſio debeat fieri intra ſex menſes,ita ut aliàs devolvatur ad ſuperiorem, & Nicol. Garc.*ubi proximè* 5.*part.cap* 4.*n.*222 *cum duob.ſeqq.* tenet devolutionem cauſari ad tradita per Anaſtaſium Germonium *de indultis. Cardinaliūm.*§.*volumus num.*56. maximè cùm provideantur authoritate ordinaria, tamen ut ſuperior ad quem fit devolutio,non teneatur ponere edictum, nec facere concurſum : quia iſta forma datur duntaxat Epiſcopo , & capitulo:ſed an verum ſit ſtatim dicam *in fin. hujus cap.* ubi etiam an ad Epiſcopum fiat hæc devolutio.

78 Et devolutio etiam cauſatur, ubi patronus ſive Eccleſiaſticus,ſive laïcus præſentavit indignum , inhabilem,vel incapacem.Rot *deciſ* 5.*de jur.patron. in novis.* Abb.*n.*5 *&* 6.& ibi additio,& alii DD *in cap.cum vos de off.ordin.*Rochus de Curt.*de jur.patr. verb. honorificum n.*16.Lambert.*eod tract.*1.*p* 2. *lib. quæſt.* 10. *art.*4. & iterum 3.*p.lib.*2.*quæſt.*2.*art.*2.*n.* 27. Probus ad Monachum *in c ſi tibi abſenti, de præb.in* 6.*n.*53.Creſcent. *deciſ.*11.*de jur. part.* Padil *in l.cum quidam n.* 17. *ff. de legat.*2.Quintanadven.*eccleſiaſticon.lib.*1.*cap.*7.*num.*10. Ægid.Ballamer.*deciſ Rotali* 172. incipit, *collatio facta fuit regula.cancell.*42.*de commend.*Felin.*in cap.cum noſtra n.*44.*verſ.*8.nota Hieron. Gonzal. *in regul. de men. gloſ.*8.*n.*40 *&* 41. & eſt deciſio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7.*p.cap* 1.*n.* 65. ubi hanc opinionem ſequitur,*& in* 1.*tom.*5.*p cap.*9. *n.* 249. & idem optimè *in* 2.*tom.*10.*p.c.*3. *n.* 4. *&* 5. contra alios dicentes non procedere in patronis laïcis.

79 Et generaliter ubi confertur , vel eligitur indignus, incapax vel alias inhabilis,*cap. cum in cunctis* §. *fin de electione*,ubi Doctores *& cap.ſcriptum verſ. ſi verè, eodem tit. cap ſi compromiſſarius de electione l.* 9. Corraſ. *in tract.de benef.*1.*p.cap.*7.*n.*11. Cechus *in tract de benef.& penſion.c.*5.*n.*5. Nicol. Garcia *ubi proximè d.cap.* 9.*n.*2.ubi n.3,adducit elegantem Rotæ deciſionem,an
80 ordinarius qui confert,teneatur inquirere , ubi dicitur debere ſcire conditionem ejus,cui confert.

Notandum eſt inſuper , ut devolutio beneficii pro-
81 pter negligentiam non providendum infra tempus à jure ſtatum , fit ad ſuperiores gradatim,text. eſt *in c.licet de ſupplenda negligentia prælat.c.* 2. *de conceſſ. praben.*& ibi latè DD.Corraſ.*de benef.*1.*p.d cap.*7.*n.*8.*&* 4.
82 *q.cap.*1.*n.*11.Caldas Pereyra *reſponſ.*3.*n.*2 Azor. *inſtit. moralium* 2.*part.l.*6.*cap.* 27. & alibi paſſim per DD. & ad quos in electionibus devolutio fiat , & quemadmodum intelligatur vide Abbatem *in cap.cùm in cunctis* §.*fin.de electione.*Doctores *in cap.quanquam de electione in* 6 Rebuff.*in tit.de devolut.n.*17.& idem. *in repetione cap.*2.*de conceſſ.præbend. circa fin. verſ. quartò quæritur,& in concordat.tit. de collation.* §. *ſi quis verò verb.immediatum*Paul.de Citad 6.*p.art.*3.*quæſt.* 26.*n.*4. Petr.Greg.*de benef.cap.*39.*n.*21 Zerola 1.*part.verb. beneficia.*§ 2.2.*fall.*Cechus *de benef.c.*5.*n.*5.Azor.*ubi proximè* , quos vide & quemadmodum devolutio fit tam de capitulo ad Epiſcopum , quàm de Epiſcopo ad ca- 83
pitulum , & in quibus caſibus , vide Nicol. Garc. *de benef.*10 *p.cap.*3 *n.*33. *cum ſeqq.*

Sed ſtat difficultas , an in collatione Parochialium 84
facta jure devolutivo forma examinis, quæ coram inferiori requiritur,ſervari debeat,in quo videtur dicendum,non requiri,imò duntaxat locum habeat, quando jure ordinario Parochialis confertur,vel inſtituitur,ex 85
his quæ dicit Nicol.Garc.*de benef.*5 *p.cap.*9. *num.*222. volatis ad ſuperiorem, ob non eorum factam electionem intra ſex menſes à jure ſtatutos , non requiritur forma concurſus , quia hæc duntaxat appoſita videtur Epiſcopo,& capitulo. Sed nihilominus contrarium verius eſt de iure,tum quia(ut ſuprà diximus)ad prin. 86
devolutio fit cum omnibus ſuis qualitatibus , quæ à principio inerant beneficio,& ad ſuperiorem devolvitur cum eiſdem qualitatibus,cum quibus inferior providere tenebatur,Gutierr.*conſ.*2.*n.* 15. Achil. *deciſ.* 13. 87
*de jur.patr.*Hieron.Gonz.*in regul.de menſ.gl.* 46. *n.* 33. quia natura beneficii mutari non debet. Cephal. *conſil.* 358.*n.*8.*col.*3.Gab.*conſ.*185.*n.*2. & ſuperior , ad quem 88
eſt devolutum , debet providere habenti qualitates à fundatore requiſitas , ut plures referens tradit Perez de Lara *de anniv.& Capell.cap.*10 *n.*27.

Et in terminis ita cenſuit Sancta Congregatio Con- 89
cilii 29.Junii anno 1600.quæ eſt deciſio 261.inter noviſſimas recollectas per Farin.4.*p.*in hæc verba ; Congregatio Concilii cenſuit,in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo conferuntur, ſervandam eſſe formam examinis per concurſum quia patronus non læditur. Et quia ſublato obſtaculo præſentationis , & juris patroni illa vice excluſi.rès cedit ad ordinarii poteſtatem. Hactenus de deciſione , quæ eſt ponderanda, ut loquatur etiam in Parochialibus juris patronatus 90
laicorum , in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concurſus , quando providentur ad eorum præſentationem per ordinarium : & ſic evidenter convincitur Garcia *ubi proximè* , quia etiam ubi non requiritur examen per concurſum ex aliquo impedimento, prout in terminis dictæ deciſionis : coram inferiori requiritur coram ſuperiori , ad quem proviſio devolvitur. 91

CAPUT XII.

A ſententia lata in remedio adipiſcendæ *ex l. fin.C. de edicto D. Adriani* , aliiſve quibuſvis poſſeſſoriis remediis : an , & quando judex Eccleſiaſticus vim faciat , appellationi non deferens , & quid à ſententia continente mixturam.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſorium judicium duplex eſt,aliud ſummarium ſeu ſummariiſſimum, aliud ordinarium ſeu plenarium.*
2 *Poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium judicio ordinario poſſeſſorio.*
3 *Poſſeſſorium ſummarium,cùm ſit momentaneum aptitudine,exigit ſummariam cognitionem;non libellū,litis conteſtationē,concluſionē,aut diffinitivam ſententiā. Poſſeſſorii ſummarii natura,& effectus,quando proponatur , & quod duret , ibid. breviter tamen.*
4 *&* 8.*Poſſeſſorii ſummarii ad materiam qui ſint videndi*

5 *Poſes-*